



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Rursus de Homousio, & Ariminensi consilio, quomodo, vnde, & qua de  
causa conuocatum est. Capvt XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

scopi, qui id téporis in oriente propter doctrinę & vitę pietę  
institutæ præstantiam in magno honore habebantur, filium  
patri consubstantialem dicere, & filium patri substantia si-  
milē inter se, ut scimus, differre voluerunt. Nam hanc vocē  
ὅμοιόσιον id est, **CONSUBSTANTIALE**, in corporibus  
propriè intelligi: velut hominum, & cæterorum animaliū,  
arborum, & plantarum, quæ ex simili substantia constant,  
similemque ortum habent. At verò ὅμοιόσιον, id est,  
**SUBSTANTIA SIMILE**, in rebus corporis expertibus, vt in  
Deo, & angelis cerni: cum alterutra res per se secundū pro  
priam substantiam ac suam intelligatur. Eiusmodi rationi-  
bus etiam imperator Constantius de priore sententia de-  
ductus est. Et cum in eadem opinione, vt i psc coniicio (si  
modò sensum solum spectemus) cum patre & fratre esset,  
verbū: tamen cum verbo commutās, pro **CONSUBSTAN-**  
**TIALI SIMILE SUBSTANTIA** dixit. Nam hoc quidem  
harum rerum interpretibus visum est: qui constantei affir-  
marent istud nomen ad rem significandam multò exquisi-  
tius esse: quod si quis aliter diceret, eum visum iri rem cor-  
pore vacante pro corpore intelligere: quod quidē pleriq;  
stultū existimarūt. Dixerūt enim ex rebus, quæ oculis cer-  
nuntur, noīa ad res mēte sola pceptas exprimēdas sumēda es-  
se: nihilq; esse in verbo periculi, si nō in sensu erratū esset.

Rursus de Homousio, & Ariminensi concilio, quo-  
modo, vnde, & qua de causa connocatum est.

### CAPVT XVIII.

NEC mirum sanè imperatori istud contigisse, cum per  
multi etiam episcopi, qui fidei concilij Nicæni con-  
sentiebant, hoc nomen sine contentione admisissēt:  
qui quidem vtroque verbo, discrimine omni remoto, ad  
vnā eandemque rem significandam vñi sunt. Quare mihi  
quidem videtur illa oratio, quæ tam insolenter ab Ariani  
iactata est, multū à veritate discrepare. Aiūt enim post cōci-  
lium Nicæni cōplures episcopos, ex quorū numero fuere  
Eusebius & Theognis, renuisse deinceps, filiū patri cōsub-  
stantiale dicere: Cōstantinumque ea re grauiter commo-  
tum, exilio eos addixisse. At cum somnium, aut, vt i ipsi  
predicant, vera visio sorori imperatoris diuininitus ob-  
bla-

## SOZOMENI HISTOR.

oblata esset, quod isti episcopi recte de Deo sentiret, quodq; iniustè in exiliū missi essent, imperatorē inde eos reuocasse: sciscitatumque ab illis esse, quid causæ esset, cur à decreto Concilij Nicaenī dissentirent, idq; cum ipsi formulae fideli in eo Concilio editæ essent facti participes: eos autem respondisse, quod neutquam ex animo ei essensi fuissent, sed quod vererentur, ne ille, vt erat verisimile, contentio nem de hac re suscep̄tam improbans, à religione Christiana velut ambigua & plena controuersiæ ad Gentilium superstitutionem se transferret, & ecclesiā, quoniā nuper fidem Christi receperat, & adhuc lauacro minimè tintitus erat baptismatis, persequi inciperet. Qua audita satisfactiōe, feruit Constantī veniam illis tribuisse: prouidisseque ut aliud rursus conciliū cogeretur. At verò dū ista institueret, morte antē occupatū, quām posset ea perficere: ac propterea filio Constantio, vt pote maiori natu, quām Constans, dedisse in mandatis, vt hāc rem perficiendam curaret: quippe imperiū ei nihil profuturū, nisi diuinum numē primo omnī fide cōsentiente ac cōcordi coleretur. Itaq; Cōstantī patris volūtati obsequētē, Conciliū Arimini cōuocasse: ex qua vna remaximē eorū mēdaciū perspicuē deprehēditur. Nam Arimini cōuenere ad conciliū episcopi Hypatio & Eusebio Cos. cū iā Cōstātius post mortē patris in imperii administratione circiter viginti duos annos confecisset, multaq; interea tēporis cōcilia celebrata essent, in quibus de his vocibus CONSUBSTANTIALI & SUBSTANTIA simili, disceptatū fuisset. Omnino autē nemo filiū patri substantia simile opinari voluit, quoad Aetius grauiter de hac re differuisset. Ad quā doctrinā tollendam imperatoris mādato episcopi tum Arimini, tum in Seleucia eodem tempore in vnum conuenerunt. Quare constat non mandatum Constantini, sed Aetii disputationem causam concilii Ariminensis verē fuisse. Atq; quod ista quidem ita se habent, in sequenti quoque sermone ostendemus.

Quod epistolis Constantij reuersus Athanasius sedem suā capessit, & de Episcopis Antiochenis & alterna Constatij & Athanasi petitione, et numinis in hymnis celebratione. CAP. XIX.

Constans